Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ad romanos 288

volenti mihi facere bonum: quoniam mihi
5 malum adiacet. Condelector enim
legi dei secundum interiorem hominem: video
autem aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis meae et
captivantem me in lege peccati quae est
in membris meis. Infelix ego
homo quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei per iesum
christum dominum nostrum. Igitur ego ipse
mente seruio legi dei: carne autem
legi peccati:-

VIII

Nihil ergo nunc damnatio
nis est his qui sunt in
christo iesu: eum non sed
carne ambulant. Lex enim spiritus
vitae in christo iesu liberauit me a
lege peccati et mortis: Nam quod im
possibile erat legi: in quo infirma
bat per carnem: deus filium suum mit
tens in similitudinem carnis peccati: de
peccato damnauit peccatum in carne ut
iustificatio legis impleretur in no
bis eum non sed carne ambulan
set sed secundum spiritum eum enim sed car
nem sunt: quae carnis sunt sapi
unt. Eum vero secundum spiritum: qui
sunt spiritus sentiunt. Nam pru
dentia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita et pax. Eo
nam sapientia carnis: inimica est deo. Legi enim dei non est subdita: nec enim potest. Eum autem in carne
sunt deo placere non possunt. Vos at
in carne non estis sed in spiritu: si
tamen spiritus dei habitat in vobis. Si
quis autem spiritum christi non habet
hic non est eius. Si autem christus
in vobis est: corpus quidem mor
tuum est propter peccatum: spiritus vero
vivit propter iustificationem. Et si spi
ritus eius qui suscitauit iesum
a mortuis habitat in vobis: qui
suscitauit iesum christum a mortuis
vivificabit et mortalia corpora
vestra propter inhabitantem spi
ritum eius in vobis. Ergo fratres
debitores sumus: non carni ut secundum
carnem viuamus. Si enim secundum car
nem vixeritis moriemini. Si autem
spiritu facta carnis mortificaue
ritis: viuetis. Quicumque enim spi
ritu dei aguntur: hi sunt filii dei. Non
enim accepistis spiritum seruitutis
iterum in timore: sed accepistis spi
ritum adoptionis filiorum dei in quo clamamus abba pater. Ipse enim
spiritus testimonium reddit spiritui
meo: quoniam sumus filii dei. Si autem
filii et heredes: heredes quidem dei
coheredes autem christi: si tamen com
patimur ut et conglorificemur.
Existimo enim: quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram
gloriam: quae revelabitur in nobis.
Nam expectatio creaturae revelationem
filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non vo
lens: sed propter eum qui subiecit eam
in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis
in libertatem gloriae filiorum dei. Scimus enim: quoniam omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc
non solum autem illa: sed et nos ipsi primitias spiritus habentes: et ipsi
intra nos gemimus adoptionem
filiorum dei: expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui
facti sumus. Spes autem: quae videt non est spes. Nam quod videt quis
quid sperat. Si autem quod non videmus speramus: per patientiam expectamus. Similiter autem et spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid
oremus sicut oportet nescimus
sed ipse spiritus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus. Eum autem
scrutatur corda sit quid desideret
spiritus: quia secundum deum postulat pro
sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bo
num: his qui secundum propositum vocati